

**3805** in h. d. d. deae Virtuti Bello|ne montem Vaticanum<sup>1</sup> | vetu-state conlabsum | restituerun (*sic*) hastiferi ci|vitatis Mattiacor.<sup>2</sup>, X kal. | Sep. imp. d. n. Maximino Au[g.]<sup>3</sup> | et Africano cos.<sup>4</sup>, hi quorum no|mina i. s. ta<sup>5</sup> sunt: | G. MeDDignatius<sup>6</sup> Severus cur. bis, | L. Levinius Quetus, | (*sequuntur alia nomina sedecim*).

*Castelli Mattiacorum (Kastel) rep. (Brambach 4356; Huebner ex. scr. epigr. n. 4401; vidi ectypum).* — 1) *Sic mons ille — sive aedificium fuit, utpote quod vetustate collapsum restitui potuerit —, sine dubio appellatus propter montem Vaticanum urbis Romae, in quo sacra Matris deum praecipuum sedem suam in urbe videntur habuisse (cf. N. 4431 not. 5).* Bellona igitur haec cognata Matris deum, cf. ad N. 3806. — 2) Cf. Mommsen Herm. 22 p. 557. — 3) Haec (inde a d. n.) erasa, sed leguntur. — 4) A. 236. — 5) *Infra scripta.* — 6) *De 8 littera cf. N. 2626 not. 4.*

**3806** T. Statio Tauro, | M'. Aemilio Lepido cos.<sup>1</sup>, | Tricunda<sup>2</sup> Ti. Claudi Neronis<sup>3</sup> ser. vilic., | magist.<sup>4</sup> Bellonae lucerna<sup>5</sup> cum | suis<sup>6</sup> orna-ment. libens animo donum | dat, idib. Iun., in Ligures Baebianos.

*Morcone in agro Ligurum Baebianorum in Samnio, tabella aenea utrimque scripta, una reperta cum lucerna aenea, ad quam erat suspensa, nunc Oxonii (IX 4356 cf. Eph. ep. 8, 90; imaginem et tabellae et lucernae dedit Evans Proceedings of the Society of antiquaries of London ser. II vol. 14, 1891/3 p. 156).* — 1) A. p. Chr. 41. — 2) *Nota nomen servi Isauricum.* — 3) *Filius Drusi, is qui postea imperavit, natus a. u. c. 744, adulescens igitur tunc viginti annorum.* — 4) *magister,* 5) *lucernam in altero latere tabellae, cet.* — 6) *SVES videtur esse certe in altero latere tabellae.* — *Ceterum haec Bellona, a servo Asiano ut puto (cf. not. 2) culta, videtur non Romanorum Bellona fuisse, sed dea peregrina, ex Asia oriunda, cognata Matris deum (cf. infra N. 4407, supra N. 2939, et praeterea Preller ed. 3 II p. 386); sacerdotum eius deae titulos dabimus infra post titulos sacerdotum Matris magnae (N. 4180 seq.).*

**3807** Geminia Myrtis et Anicia | Prisca<sup>1</sup> | pro salute imp. Caesaris | Nervae Traiani Aug. Ger. Dac. | ex imperio aedem Bellonae | s. p. f.

*Ad Forum Appii (X 6482 semel descripta saec. XVIII).* — 1) Cf. supra N. 3081. In eadem regione repertus est aliis titulus Bellonae dicatus Notizie 1898 p. 66.

**3808** Marti et Bellonae | Sestius Nigrinus ex | ius[s]u reposuit. Alesiae rep., est Dijon (XIII 2872 vidit Hirschfeld).

**3809** Dis|cipli|nae | mili|tari.

*Allavae in Mauretania, ara (VIII 9832 vidit Wilmanns).* — *Similis ara re-perta est Bir Umm Ali prope Thevestem (VIII 40657 = 47585).* — *Discipulinae [A]ug[gg.] (Augustorum trium) dedicatus est t. Britannicus VII 896.*

**3810** ara | disciplinae.

*Lambaesi ad praetorium rep., ara (VIII S. 48058 vidit Schmidt).*

**3811** Victori|ae divinae, | Virtutis | comiti | Auggg., | r. p. c. L.<sup>1</sup>

*Lambaesi (VIII S. 48240 vidit Purgold).* — 1) *Res publica coloniae Lambaesitanae.*

**3812** Victoriae Aug. | Augustales (*in lateribus corona laurea; palma*). Nolae (X 4257 vidit Mommsen).